

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2992

Auteur(s) : Goscelin Crespin [particulier]

Bénéficiaire(s) : Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1155

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte confirmative de Goscelin Crespin et de son fils Guillaume en 1155.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 18-19.
- b. Porée Adolphe-André (Chanoine), *Histoire de l'abbaye du Bec*, Évreux, Hérissey, 1901, 2 vol., t. 1, Appendice, n° VI, p. 656-657.

Texte établi d'après b

Notum sit omnibus praesentibus et futuris quod ego, Goscelinus Crispinus, pro salute mea et omnium antecessorum et heredum meorum concessi et hac presenti carta confirmavi Deo et S. Mariae Beccii et monachis ejusdem loci, omnes donationes quas antecessores mei et homines eorum eis fecerunt, videlicet in terris, in hominibus, in redditibus, in ecclesiis et decimis et molendinis et pratis et in quibuslibet aliis rebus scilicet : ex dono primi Guillelmi Crispini, ecclesias de Livarrot, de Blangeio cum omnibus pertinentibus ad eas, et decimam domini sui, et decimam carucae suae de Falco, ecclesiam de Livarrot cum patronatu et omnibus pertinentibus ad eam ; in Strepigneio, decimam denariorum burgi et 20 solidos ad luminare ecclesiae, et decimam ibidem totius annonae suae, et unum hospitem cum omnibus consuetudinibus ; in Longavilla clausum Blanchardi ; in teloneo de Blangeio, 10 solidos ; in teloneo de Livarrot, decimam et unam domum cum omnibus consuetudinibus suis, et sextam partem molendinorum de Passeio, 100 solidos in teloneo ejusdem villae. Ex dono Evae, uxoris ipsius, unam acram prati in Blangeio et unum hospitem cum omnibus consuetudinibus. Ex dono Guillelmi Crispini secundi, filii dicti Guillelmi et Evae, decimam molendini et domini sui de Mesnillo Fulberti ; in Drolcort, ecclesiam cum decima et patronatu et omnibus alii pertinentiis, et quod habebat de eo Robertus Malconvenanus. In Burnenvilla, medietatem ecclesiae et decimae et patronatus. Ex dono Richardi filii Reinfredi, aliam medietatem ejusdem ecclesiae, decimae et patronatus. In molendino de Blangi, unum modium annonae et dimidium modium frumenti, et dimidium grossae annonae. Ex dono Gisleberti Dastin, ecclesiam de Duravilla et decimam cum patronatu et omnibus ad eam pertinentibus, et terram ad domum aedificandum ubi decima ejusdem villae reponatur. Ex dono Erchembaldi de Faverolis, quod habebat de Richardo filio Reinfredi. Ex dono Agnetis uxoris ejusdem Guillelmi, ad annualiarium ipsius faciendum, dimidium molendini de Bernayo, et 50 solidos in molendino Strepigneio. Ex dono Guillelmi Crispini tertii, filii dicti Guillelmi secundi et Agnetis, 30 acras terrae in Falco, et in furno de Blangi 10 solidos, et alteram medietatem molendini de Bernayo, ecclesiam de Sefrevilla cum decima et patronatu. In Livarrot, decimam foeni sui et decimam gardini sui ejusdem villae. Haec omnia quae scripta sunt, ego, Goscelinus Crispinus Beccum veniens cum filio meo Guillelmo adhuc parvo, dictis monachis in liberam et perpetuam eleemosynam concessi, assensu et voluntate

dicti Guillelmi filii mei, et hac praesenti carta mea sigilli mei munimento roborata confirmavi, et propter, unum candelabrum ego G. et dictus Guillelmus filius meus, praesenti toto conventu, super majus altare Beccii posuimus, anno ab Incarnatione M° C° LV°, coram his et aliis.